

carbonis vivi apparet, quod cum non accidat tempore nocturno, indicio est, lumen solare hac materia fuisse concentratum.

2. Lapis Bononiensis debite calcinatus & præparatus & libere aeri expositus lucem spargit longe constantiorem & fortionem præ dicto Phosphoro Balduini.

3. Singularis species Talci, nostra inventione præparata, lucida reddi potest non secus ac Lapis Bononiensis, ita ut Phosphori lucentis Germanici titulum mereatur.

4. Lapides dicti malactites virides coerulei, violacei, hyacinthini candefacti in loco obscuro lucem spargunt claram & serenam. Idem faciunt adamantes crudi non politi.

5. Phosphorus Anglicanus in vacuo lucem perpetuo præbet, sed flammam difficulter concipit.

6. Idem Phosphorus ad mixtionem certæ materiæ inflammabilitate privari & quoad effectum lucentem mirum in modum multiplicari potest.

7. Idem Phosphorus prius præparatus, oleo caryophilorum reddi potest liquidus, quo innoxie sine combustionis periculo in facie, vestibus varia pingi possunt, quod autem non procedit cum oleo succini vel seminum.

8. Phosphorus liquidus phiolæ inditus pro diversa admissione aeris, & vitri motione, figuras jucundissimo spectaculo exhibet. &c.

DEMONSTRATIO XI.

Corpora quævis nec solida nec fluida se invicem quoad suam dimensionem penetrant.

Experimenta.

1. Ostendatur campanæ urinariæ inventum, in qua
C 1
lignus